Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



isto audiuit autem eos dicentes Eamus in dothaim
perrexit ergo ioseph post fratres suos et inuenit eos in
dothaim Qui cum uidissent eum procul antequam
accederet ad eos cogitauerunt eum occidere et inuicem lo
quebantur Ecce somniator venit Venite occida
mus eum et mittamus in cisternam veterem dice
mus que fera pessima deuorauit eum et erit appa
rebit quid illi prosint somnia sua Audiens autem
hoc ruben nitebatur liberare eum de manibus eo
rum et dicebat non percutiamus animam eius nec ef
fundamus sanguinem sed proiicite eum in cisternam
hanc que est in solitudine manusque vrras seruate
in noxias Hoc autem dicebat volens eum eripe
re de manibus eorum et reddere patri suo Ad dominum cum tri
bularer clamauit et exaudiuit me Domine libera animam
meam a labiis iniquis et a lingua dolosa Secundum matheum
In illo tempore Dixit dominus iesus discipulis suis et tur
bis iudeorum parabolam hanc Homo erat paterfa
milias qui plantauit vineam et sepem circumde
dit ei et fodit in ea torcular et edificauit turrim
et locauit eam agricolis et peregre profectus est Cui
autem tempus fructuum appropinquasset misit seruos
ad agricolas ut acciperent fructus eius Et agri
cole apprehensis seruis eius alium ceciderunt a
lium occiderunt alium vero lapidauerunt Iterum mi
sit alios seruos plures prioribus et fecerunt illis si
militer Nouissime autem misit ad eos filium suum
dicens Verebuntur filium meum Agricole autem
videntes filium dixerunt intra se Hic est heres
Venite occidamus eum et habebimus hereditatem eius